

**A**d eritque dies ultimus Mundi prioris, post quem se-  
quitur alijs Mundus, atque alia vita, vbi erit aut dies  
perpetuus apud superos, aut apud inferos umbra per-  
petua. Descendetq; ignis cœlo, & rursus ad cœlum au-  
reum conscendet: id est, tinget imperfecta.

*De ipsa lapidis augmentatione tum prisorum Phis-  
losophorum tum Neotericorum : Et inducitur tan-  
tum vnum esse diem, & vnam noctem.*

*Rursus septem dies à septem dominis  
Mundi.*

### C A P . X V I .

Placet nunç, fili sapientiæ, lembum cum Philosophi-  
cum ad portum felicem appellere: age ergo remos: ex-  
pande vela, da ventum celerem & fœcundum, portus  
salutaris est petendus. Postquam lapis noster factus est  
albus, filium nostrum generatum dicimus: licet modò  
puer homo sit perfectus, corpore & anima consistens,  
non tamen aliam prolem generare potis est, quin prius  
suæ naturæ alimento educetur, donec ad ætatem ge-  
nerationi maturam perueniat. Accepimus à prisca illis  
Philosophis, qui sola natura sunt operati, aquam  
suam viuam in partes duas esse partitam. Qui cùm ad  
albedinem fixam cum altera parte aquæ peruenissent,  
eandem cum altera parte reseruata, aut etiam solo for-  
tè igne rubefecerint. Alij in lapide rubro: quia ad su-  
premium gradum ascenderit, & per se augeri non pos-  
sit, labores quos antea confecerint, rursum sunt auspi-  
cati. Soluentes eam rubedinem cum altera parte aquæ  
reseruatae. Ipsam ad primam, vt ita dixerim, essentiam  
denuò reduxerunt: laboraruntq; penè in omnibus sic-  
ut à primordio, sed maiori quidem tum ignis tū laborū  
industria: & hanc repetitionem veriorem, aut maiorem  
augmentationem crediderunt. Quare etiam tempore  
prolixiori in lapide peragendo vñi sunt primi Philoso-  
phi. Quem minores natu atque posteri, anni curriculo  
soliti sunt absoluere. ea de re vt album lapidem quo in  
Lunam tingere vclint specimine lunari per totum, aut ei  
addendo